



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1766

VD18 90118251

§. 31. Aliæ absolutiones.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67012)

§. XXXI.

Sæcul.XIII.
A.C.1286.

Aliæ absolutiones.

Papa Honorius indulsit etiam Henrico Castiliæ Principi Regis Ferdinandi filio, & patruo Regis Sancti tunc regnantis. Henricus Conradini partes secutus ob perpetratas Romæ, cum ejus *Sup. lib. 85.* Senator anno 1268 esset, multas violen- §. 60. tias a Papa Clemente IV proscriptus fuerat. Modo mutata rerum facie, cum spiritus feroce egestas & ærumna contunderent, pœnitentiam suorum criminiū significans Papæ Honori misericordiam implorabat. Qui 8 Martii an. 1286 Gerardo Parmensi suo in Apulia Legato scripsit, ut illum absolveret ea lege, ut bona direpta vel perperam usurpata restitueret; aut, si per inopiam tum non posset, juratus promitteret id se facturum, cum primum ad meliorem fortunam pervenisset.

Papa Martinus IV Castellam censuris perculerat ob Sancti seditionem contra Regem Alphonsum ipsius patrem: & ii, quibus mandata dederat, multos homines anathemate, multaque loca interdicto multaverant. Sed facta erat scenæ mutatio. Obierat Alfon- sus: Sanctium omnes Castiliæ Regem agnoscebant. Itaque relaxandas ratus Rayn. n. 23. has

Sæcul. XIII. has censuras Honorius 7 Nov. 1286 A.
A.C. 1286 chiepiscopo Toletano, & Burgensi E-
piscopo scripsit, ut omnia interdicta han-
ob rem edita suspenderent; nec tamen
Ecclesiasticos, quos horum neglectus
ministeriis sacris ad tempus exclusos
vel ad ea inlibiles reddidisset, ablo-
verent; sed monerent, ut consulerent
animabus suis.

n. 21. Civili autem in bello Castiliae Sug-
rus Gadium Episcopus contra Sanctum
steterat, ut hujus Principis nepotes Al-
phonsum ac Ferdinandum ex Ferdinan-
do ejus fratre natu majore & Blanca
Gallica natos in libertatem assereret. Sed
bonus hic Præfus perdita opera in Fran-
cia exulabat suo munere & cunctis pri-
vatus bonis. Exposuit Papæ Honorio
suum statuum: & Rex Philippus Pul-
cher cum amita sua Castellæ Princi-
pum matre preces illius fulciebat. Tum
Papa Cardinalem Choletum suum in
Francia Legatum jussit Episcopi hujus fu-
stentationi consulere quedam regni ce-
nobia adstringendo ad solvendam ei per
triennium pecuniae summam, qua cum
idoneo domesticorum numero aleretur.
En exemplum pensionis rogatu Regis a
Papa coenobijs imperatæ. Litteras ad
Legatum dabit 18 Novembris.

§. XXXII.